Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

ut lucaret eis p noctem. Et cecerit
et fecerunt coturnix: et pane celi satu
rauit eos. Et rupit petram et fluxe
runt aque: abierunt in siccis flumina.
Quoniam memor fuit ubi sci
sui: cum uerbo ad abraham puer
suum. Et eduxit populum suum in
exultatione: et electos suos in letitia.
Et dedit illis regiones gentium:
et labores populorum possiderunt. Ut
custodiant iustificationes eius: et
legem eius exquirant. Gla. Ant.
Benedic anima mea domino. Alleluia. Cv
Confitemini domino quoniam bonus:
quoniam in seculum misericordia eius. Quis
loquetur potentias domini: auditas
facet omnes laudes eius. Beati
qui custodiunt iudicium: et facit
iustitiam in omni tempore. Memento
mei domine in beneplacito populi tui:
visita nos in salutari tuo. Ad diuidendum
in bonitate electorum tuorum. ad le
tandum in letitia gentis tue: ut
laudes cum hereditate tua. Peccauimus
cum patribus nostris: iniuste
egimus iniquitatem fecimus. Patres
nri in egypto non intellexerunt
mirabilia tua: non fecerunt me
mores multitudinis misericordie tue. Et
irritauerunt ascendentes in mare ma
rium. Et saluauit eos propter
nomen suum: ut notam faceret
potentiam suam. Et increpuit ma
re rubrum et exsiccatum est: et e
duxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odientium: et redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes
eos: unus ex eis non remansit.
Et crediderunt uerbis eius: et lau
dauerunt laudem eius. Cito fecerunt
oblitti sunt operum eius: non sustinuerunt consilium eius. Et concupiuerunt concupiscentiam in deserto:
et tentauerunt deum in aquosis. Et
dedit eis petitionem eorum: et misit sa
turitatem in animas eorum. Et irra
uerunt moysen in castris: aaron sanctum domini. Aperta est terra et deglutiuit da
than: et operuit super congregationem
abyron. Et exarsit ignis in sinagoga eorum: flamma combussit
peccatores. Et fecerunt uitulum in
oreb: et adorauerunt sculptile. Et
mutauerunt gloriam suam: in similitudinem uituli comedentis fenum.
Obliti sunt dominum qui saluauit eos:
qui fecit magnalia in egypto. mira
bilia in terra cham. terribilia in mari
rubro. Et dixit ut disperderet eos:
si non moyses electus eius stetisset
in conspectu eius. Ut
auerteret iram eius ne disperderet eos:
et nichilo habuerunt iucundum desiderabilem. Non crediderunt uerbo eius:
murmurauerunt in tabernaculis suis.
non exaudierunt uocem domini. Et
eleuauit manum suam super eos: ut
prosterneret eos in deserto. Et ut deiceret semen eorum in nationibus: et disperget
eos in regionibus. Et initiati sunt
beelfegor: et comederunt sacrificia
mortuorum. Et irritauerunt eum in ad
inuentionibus suis: et multiplicata est
in eis ruina. Et stetit phinees et pla
cauit: et cessauit quassatio. Et
reputatum est ei in iustitiam. a
generatione in generationem usque in sempiternum.
Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis: et uexatus est moyses
propter eos. quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis et non